

collocasse, & sic est textus ibi secundum Chassan. ubi supra, qui hanc opinionem probat, quod si tutor videat res suas, & res pupilli in periculo, debet praeferre res pupilli. Idem per illum textum tenuit Curt. Jun. ubi supra, & ante eum Roman. ubi supra. nec non & Baec. diff. cap. 2. num. 91.

129 Ampliatur haec conclusio & regula ut procedat non solum, quando constat, quod potuit res pupilli salvare, & hoc non fecit, ut suas salvaret, sed etiam in dubio, quia tunc tutor incumbit probare, non potuisse salvare res pupilli, ut probatur in dist. l. tutor, §. 1. & tenet ibi Bart. n. 2. & Rom. ubi supra.

130 Secus tamen erit in casu certo; nempe, quod non potuit salvare tutor res pupilli, sed suas secundum Bart. ibidem, quo casu inquit Bartolus, non esse tutorem in culpa, si utilitatem propriam praeulit utilitati pupilli, ne a lias suum officium sit libi dimissum, quod esse non debet, ut sup. citamus, & haec sit prima limitatio regulae.

131 Limitatur nunc §. dicitur, regula, & .i. nisi res tutoris vel curatoris sit pretiosior, vel par vel rei pupilli: tunc enim locus est gradicationi, quia tutor in re pupillari, ceu commodatarius excusatur, si eam adhibuit diligentiam in re aliena, quam quilibet diligens, ut in tutore probatur, in l. in tutoribus, ff. de administratione tutor, & in commodatario, in l. in rebus, ff. commodat. in Rom. Cur. Jun. & Baec. ubi sup. & bene.

132 Tutor autem §. & administrator, qui in ejus usum & utilitatem bona minoris converterit, tenetur ipso jure in duplam, & ad damna & expensas, & interesse minori solvenda, ut in l. tutor, qui reperiuntur, §. si quis usuras, ff. de administratione tutorum, de quo late agemus infra in 3. parte alio capite.

SUMMARI A.

- 1 Jurari in litem, an possit contra alias personas, quae tenentur inventarium conficere & obtemperare non confictum, quam contra tutores & curatores minorum? & numeris sequentibus.
- 2 Heres tenetur conficere inventarium, si non vult teneri ultra vires hereditarias.
- 3 Heres, qui hereditatem alii restituit, debet per fideicommissum, tenetur ad instantiam fideicommissarii inventarium conficere.
- 4 Heres gravatus restituere alteri hereditatem, tenetur rationem reddere fideicommissario de his, quae fideicommissi subiecta, culpa sua deteriorata sunt, & num. 12. sed non juratur adversus eum in litem, ut in num. 9. & in dilo num. 12. per de tamen Falcidia, seu Trebellianica detractionem ob non confictum inventarium, ut in num. 17.
- 5 Omnis, qui rationem reddere tenetur, in inventarium conficere debet.
- 6 Primus majoratus possessor, necdum inventarium conficere debet, rationem reddere, sed ut am sequentes respectu ceterorum, & num. 7. sed non juratur adversus eos in litem, ut in num. 9. & 10.
- 7 Heres negotia privata alterius, rationem reddere tenetur, sed non juratur adversus eum in litem, ut in n. 9.
- 8 Fideicommissarium universalem, tenetur inventarium conficere, si primus heres illud non fecerit, non tamen adversus eum juratur in litem, nec adversus majoratum successorem.
- 9 Majoratus de rebus particularibus, ut de rerum quota successor inventarium facere non tenetur.
- 10 Tutor, qui reperiuntur, ff. de administratione tutor.

dum legitur de juramento in litem contra tutorem, vel curatorem, qui inventarium non conficit, penalis est, favore pupilli concernens, ideoque ad alios casus detrahenda non est.

15 Argumentum non procedit, aliquis tenetur ad conficiendum inventarium, ergo propter ejus omissionem jurandum est adversus eum in litem.

16 Jurari in litem ratione praesumpti doli, ob non confictum inventarium, contra eum potest, qui habet officium publicum, seu publicam administrationem, non autem contra eum, qui solum tenetur reddere rationes ex aliqua causa privata.

17 Remedum quod datur majoratus successor, si mens honorum subtractionem, ut possit sibi circa hoc consuleri.

18 Ususfructuario tenente (instante proprietario) inventarium conficere, quomodo consuletur ipsi proprietario?

CAPUT II.

An jurari in litem possit adversus alias personas, quae ad inventarii confictionem tenentur, quam tutores & curatores, illud non conficientes?

QUAMVIS de tutoribus & curatoribus tantum in hoc tractatu agamus, liceat mihi tantisper ab eo avertere, ne alias in errore incidere aliquem forsitan factus, ignorantia rei, in praxi necessario scienda, quae tamen non multum a nostra materia distat.

Egimus late in capite precedenti, quomodo contra tutorem vel curatorem inventarium non conficientem, possit in litem jurari propter dolum praesumptum, ut in l. tutor, qui reperiuntur, in princip. ff. de administratione tutor, cum similibus.

Modo quatinus, & etiam contra alias personas, quam tutores & curatores minorum, ad inventarium similiter conficiendum iure obnoxias, procedat, sit servanda eadem dispositio, nempe, ut contra eos inventarium non conficientes jurari possit in litem?

Heres enim illi vult non teneri ultra vires hereditarias, additione hereditatis, tenetur conficere inventarium, iuxta formam & solemnitatem, l. si per totam, C. de iur. delib. & l. Reg. cum ea concordant, ut pot. l. 1. tit. 6. part. 6. c. 6. similibus. Similiter heres, qui hereditatem alii restituit debet per fideicommissum, tenetur ad instantiam fideicommissarii inventarium conficere, & iuxta q. in l. in ratione, l. 5. quod vulgo, per mirum, quam sequuntur ibi D. ff. ad l. fidei. similis in l. 1. §. hac verba, ut sufficiens, ff. si cui pius quam per l. fidei. gl. etiam in an. de hered. & fidei, §. si veron non fecerit, de leg. tutorum, & ver. lucrar. Paul. de cast. in l. cum tale, §. Titius, n. 2. ver. ex hoc dicitur D. ff. de condit. & demonst. quem sequitur ibi loan. col. 2. Socin. conf. 31. visi est in mento, vol. 3. quem refert & sequitur Greg. Lop. in d. l. 1. in gl. las deudas, con. a loa. Anar. in addit. ad Spec. tit. de e. l. §. fin. super verb. fecerit. Eandem opinionem glossarum sequitur alios allegans D. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 28. n. 1.

Quod §. ca ratione probatur, quia heres hic tenetur reddere ratione fideicommissario de his, quae in fideicommissi subiecta culpa sua deteriorata sunt, ut in l. mulier, §. si heres, ff. ad Trebell. ibi, culpa plane ratione reddere Ergo tenetur facere inventarium.

Omnis namque, qui rationem reddere tenetur, inventarium facere debet, l. cum oportet, §. non autem C. de bon. qua lib. Baldus in arbit. sed cum testator, num. vigesimo tertio, C. ad leg. falcid. Idque in majoratus possessore asseruit Peralt. in lege 3. §. qui fideicommissum, numero 45. ff. de hered. inst. Quod necdum procedit in primo majoratus possessore, sed etiam in vterioribus, respectu sequentium, vt ex pluribus probat idem ibid.

d. n. 45. cum leg. & verum videtur Molin. ubi supra, n. 2. quamvis id non audeat affirmare Mench. de successore. lib. 1. §. 6. n. 46. Et non video hoc esse in visu.

Ad questionem igitur respondendo, & videtur dicendum, quod contra hunc heredem gravatum, cum ipse tenetur fideicommissario inventarium conficere eique rationem reddere, si inventarium non fecerit, possit in litem iurari ob dolum praesumptum, sicut contra tutorem & curatorem inventarium non conficientes, eadem ratione doli praesumpti. Et §. in terminis ita in herede & fideicommissario censuit Claudius in d. l. similit. §. si heres, ff. ad Trebellian. & Plutus in l. quando, num. 595. Conde vi, & Marzari in epitom. fideicommissi, 2. part. quaestione 54. quorum opinio in maioratus possessore tenendam esse dixit Peralt. ubi supra, n. 4. quod agimus quomodo, verisimil. certe licet articulus iste non sit resolutus.

Idem in eo §. qui solum tenetur reddere rationem ex aliqua causa privata, nempe, quia gessit negotia aliena, probavit Angel. consilio 277. num. 6. quem & alius refert & sequitur Roland. a Valle consilio 29. numero 22. cum sequentibus, volumine 1. ubi etiam, quod iuratur in litem contra gerentem negotia alterius, si non confecerit & exhibuerit librum, & generaliter, quod ob praesumptum dolum iuratur in litem, etiam ultra causam tutoris, affirmat esse veriorum & magis receptam sententiam adversus Cor. consilio 81. columna tertia, veris. 1. mo. libro quarto, Dec. in l. in actionibus, num. 22. ff. de litem iur. an. & Coram. in d. l. de iur. iuramentum in l. Covarr. lib. 2. var. res. l. 1. n. 6.

Nihilominus §. tamen contraria sententia verior in herede universalis gravato respectu fideicommissarii, & in maioratus possessore, respectu sequentium, & in negotiorum gestore respectu domini negotiorum, nempe, vt praeter non confictum ab his inventarium, vel minus legitime confictum, minime contra eos iurari possit in litem, & sic quod, d. l. tutor, qui reperiuntur, in princip. ff. de administratione tutor, in hoc tantum procedat in tutoribus & curatoribus minorum, qui habent publicum officium, seu publicam administrationem, non vero in ceteris privatis.

Et in primis agemus de herede universalis gravato hereditatem alii vel alius restituitore. Et hic quatinus inventarium non faceret tenetur, tanquam heres, alias tenebitur in solidum creditoribus hereditariis, & fideicommissariis, ut in l. si, §. fin. ver. de iur. delib. & in l. Regia, non tamen adversus eum propter non confictum inventarium in litem iurari potest, ut in specie censuit Raphael Cuman. in d. l. in ratione l. 2. §. quod vulgo, ff. ad l. falc. Nulla namque lege hoc cavetur, sed quod heres teneatur creditoribus hereditariis in solidum praestare, quae debeat solida legata, & fideicommissa: sed fideicommissarius debet probare, quid in hereditate fuerit. Si enim in litem iuraretur, evenerit posset, vt heres non solum teneretur solvere integrum fideicommissum, sed plus quam in fideicommissio fuerit, cuius dictum refert & sequitur Herc. ibid. col. 29. & Alex. cons. 22. n. 13. lib. 2. & alios plures citans D. Molin. ubi supra, d. l. de Hispan. primog. c. 28. n. 5. ver. sic hoc casu, & n. 9. & ante eum Greg. Lop. in d. l. 15. in gl. deudas, ad fin. tit. 6. part. 6. Non enim debeamus heredem inventarium non conficientem ad alios praenas addringere, quam eas, quibus legibus adstrictus est, quia contenti esse debemus poenis legibus, l. si stipulatio facta fuerit, cum similibus, ff. de verb. oblig.

Fideicommissarius §. autem, si sequens maioratus successor (de quo & n. 2. supra agimus), & nunc quoque prosequimur) cui hereditas restituenda est, si fideicommissarius universalis sit, tenebitur etiam inventarium conficere, si heres illud non fecerit, cum loco heredis habeatur, alias solida etiam debita, legata & fideicom-

missa solvere tenebitur, vt tenet Barr. in d. l. in ratione, §. quod vulgo, n. 10. ff. ad l. falc. Eil communis, vt cum alius resolvit D. Molin. ubi supra, n. 6. non tamen lege cautum invenitur, quod ex hac obligatione, qua fideicommissarius tenetur ad conficiendum inventarium tanquam heres, posset adversus eum iurari in litem. Cum enim contra heredem non iuretur, a fortiori adversus fideicommissarium non iurabitur, qui locum heredis obtinet, neque adversus maiorem fideicommissorem: & multo minus li maioratus de rebus particularibus, seu de bonorum quota instituitur sit.

Eius §. tamque successor, cui bona maioratus restituentia sunt, inventarium hac ratione facere non tenetur, quia nec heres est, nec locus heredis obtinet, vt in d. §. quod vulgo, & in §. 10. quae quadragesima, serventes advertunt, & observat D. Molin. ubi supra, n. 7.

Et quatinus §. heres gravatus, seu ceteri fideicommissarii, vel maioratus successores teneantur reddere rationem sequentibus fideicommissariis, & successoribus maioratus, ex tex. in l. cum talis, Titius, ff. de cond. & demonst. & in d. l. similit. ut in l. C. ad bon. mater. 2. part. n. 22. ubi plures idem asserentes refert, & nos quoque probamus in repet. l. quem possit, n. 3. ff. de lega. 1. Nulla tamen lege cavetur, quod si heres fideicommissarius maioratus possessor, seu usufructuarius inventarium non fecerit, adversus eos iurari possit in litem.

Tamen §. si heres gravatus inventarium non fecerit, perdet ultra ea, quae supra dicta sunt, Falcidia seu Trebellianica detractionem, ut late probat D. Molin. l. de Hispan. primog. c. 17. n. 33.

Neque §. oblit, quod adversus tutorem, vel curatorem, qui rationem reddere debet, iuretur in litem ob non confictum inventarium, ut in d. l. tutor, qui reperiuntur, in princip. ff. de administratione tutor, Lex namque illa penalis est, favore quoque pupilli concernens, ideoque ad alios casus trahenda non est, vt dixit Philippus Cornet. in d. §. quod vulgo, quem ibi sequitur Alex. n. 14. & Orive. in Herod. anal. col. 29. Cum cons. 300. col. penult. quod id est omnino videndum, idem in specie tenent Bertr. anal. cons. 243. n. 5. lib. 1. sententiae Alex. cons. 62. n. 13. ubi 2. quod refert & sequitur D. Molin. ubi supra, n. 9. c. 22. lib. 1.

Non enim §. procedit argumentum: Aliquis tenetur ad conficiendum inventarium, Ergo propter eiusdem omissionem iurandum erit adversus eum in litem, vt optime probat Philip. Corn. cons. 11. lib. 3. per totum, praecipue n. 4. ubi §. inquit, quod qui censetur esse in dolo ob non confictum inventarium, esse ille, qui habet officium publicum, seu publicam administrationem, non autem is, qui solum tenetur reddere rationes ex aliqua causa privata: alias etiam sequeretur, quod contra procuratorem ad negotia negotiorum gestorem, usufructuarium, & ceteras eiusdem generis personas, quae tenentur rationem reddere ob non confictum inventarium in litem iurari posset, quod nullatenus dicendum est, vt ibi optime considerat Cornet. & approbat D. Molin. d. n. 9. c. 22. lib. 1. & prius Dec. & Catal. Cit. praesenti a Covar.

Ex quibus resollo contra priores, verius & tenendum esse, iurari in litem minime possit ob inventarium non confictum, vel minus legitime confictum adversus heredem universalem gravatum, nec adversus fideicommissarios possessores, & successores maioratus nec etiam adversus gerentes negotia aliena, & obligatos ad privata rationes reddendas ex aliqua causa, sed tantum adversus eum, qui habet officium publicum, seu publicam administrationem, quod latius probavit D. Molin. ubi supra, existimans, falsam esse opinionem Claud.

ma § pheros, & Peral. in d. §. qui fideicommissum, n. 45. dicentium, ob non confectum inventarium posse aduersus maioratus possessorem in litem iurari. Et si namque absurdissimum omnes maioratus successores hinc penite ac rigori obique lege adstrictos reddere. Neque obstat assertio Covar. ubi sup. dicentis contra Cora. Dec. & Cotel. Cotta esse verioris & magis receptam sententiam, quia non inuenio alium auctorem præter ipsum Covar. dicentem, eam esse communem, aut magis communem sententiam. Quinimo, vt ex dictis patet, opinionem contrariam Cora. sequuntur plures auctores. Denique ea verior & magis iuridica apparet esse ex fundamentis & rationib. prædictis, quam opin. Covar. cuius nullum iuris fundamentum ipse refert. Necrelata pro eo à Curt. lun. in d. l. in actionib. n. 28. quem Covar. pro se refert, sunt alicuius vigoris, aut momenti. Ideo malo probare opinionem Cora. & ceterorum supra, recte fundatam, & probatam, quam contrariam.

17 Quod si quæras, quid remedium dabitur maioratus successori, qui bonorum subtractionem timet, vt possit sibi recte consulere? Respondendum erit, et in litem iudicare, vt maioratus possessor de rebus eiusdem maioratus inventarium conficiat. Hoc namque iudex ipse necessario præcipere debet, cum ad id tenetur possessor maioratus ex prædictis. Quod si ipse ad iudicis præceptum inventarium non fecerit, tunc ex contumacia & dolo poterit aduersus illum in litem iurari, & l. ibi, cum vero doli, aut contumacia resistenti, vel non exhibenti punctum, quæbitur in litem iurari aut alior. ff. de in litem iur. ubi Bart. Paul. Ias. & communiter Dd. quia contumacia delictum est, l. omne delictum, in princ. ubi gl. & Bart. n. 1. ff. de re iud. l. in l. §. fin. ff. si quis iudic. non obtem. ubi Bart. n. 9. & ceteri scribentes. Idemque nitimur si ex ea in litem iurari possit, vt optime aduertit Ias. in d. l. 2. num. 3.

18 Idemque vultuæuario, qui instante proprietario reculat inventarium seu descriptionem bonorum facere, censuit Bertrand. conf. 243. n. 6. & 7. lib. 1. & utrumque probat D. Molina. d. l. 1. c. 28. n. 10. quamuis, vt prædixi, nunquam viderim esse in usu, quod maioratus possessor conficiat inventarium, sed forte in causa erit nõ in litem iurari a successore, vt fiat, si tamen infletur, de iure tenebitur, & compellendus erit ad id conficiendum.

SUMMARIA

- 1 Tutor tenetur pupillum bonis moribus instituire, facereque cum legere, scribere, nec non officium sua conditionis, & facultatibus suis aptius discere, & iuxta eas alere.
- 2 Tutor vel curator debet curam habere de pupillo, vel adulto, & illum mittere ad scholas, & secundum illius qualitatem, conditionem & ingenium, & facultates facere addiscere scientiam, & artem, debet asque mercedis debitis temporibus solvere magistris & artificibus alias tenetur, & c. vt hic.
- 3 Tutoris officium est alere pupillum pro modo facultatum ejus, quando iudex super hoc non est aditus, ex causa tamen potest hoc tutor absq. iudice facere, ut in num. 4. & 5.
- 4 Educatio continetur in tutela, nisi aliter sit dispositum, & dicitur pars tutela.
- 5 Tutor plus æquo in alimentis pupilli consumens, non id reputat.
- 6 Iudex aditus pro alimentis taxandis minoribus, modum servandum statuit, & quomodo iudex in hoc se habere debeat.
- 7 Superesse tamen aliquod debet in fine anni de redditibus pupilli, si comode instaurari potest, aliqui redditus omnes expendi possunt, & quid si redditus non sufficiunt, num. 10.
- 8 Alimenta statuta per patrem liberis, quos heredes scripsit,

sunt præstanda & reputanda per tutorem, vel curatorem, nisi ea sine ultra vires facultatum, quod si modica sint, poterit tutor ea pauperiora præstare usq. ad contententem quantitatem, ut in n. 12.

- 9 Tutor, ubi taxatio alimentorum est immodica, potest illam restringere.
- 10 Consuetudo in constituendo alimenta est inspicienda.
- 11 Tutores & curatores cauti atq. prudentes sicut iudice petere, ut decernat, qua alimenta minoribus sint præstanda, iuxta qualitatem & conditionem personarum, & c. ut hic.
- 12 Tutor repetit a pupillo contracto iudicio tutela, quicquid in alimentis impenderit.
- 13 Tutores & curatores possunt alimenta præstare fratri pupilli, non habenti aiam, unde se alat, eamq. libet alibus artibus institueret, quia ad id pupillus tenetur.
- 14 Retentio est magis favorabilis, quam petitio.
- 15 Frater diu tenetur fratri atq. sorori in opes alere, etiam malemerentem de parte, adeo, quod pater non poterit ei interdicare alimentacionem, ut in num. 20. & etiam frater ex hereditate, ut in num. 21. & etiam clericus tenetur fratri com alere, imo & dotare, num. 22. & frater diu non solum fratri in opes alere tenetur, sed etiam eius uxorem & filios, ut in num. 23. idemque procedit in fratre uterino, ut in num. 24. & in fratre naturali, & spurio, ut in n. 25. limitantur tamen prædicta, si us, a quo petuntur alimenta, non habeat ultra, quam necessarium sibi sit, ut in numero 26.
- 16 Possessor quicuq. antiquissimi maioratus tenetur propriis fratrib. atque sororis in opes ex primo maioratus institutore descendentes alere, atq. dotare, idemq. est etiam in attenentibus ex parte maioratus institutoris, licet ab eo non descendant, ut in num. 28.
- 17 Majoratus institutio ex horum generum consuetudine ea lege facta videtur, ut filius primogenitus familia caput atq. robur fratres & sorores egerit alere & dotare tenetur, que obligatio in omnia primogenitis in infinitum transmittitur, prout in simili instituto, in quibus iure Francorum succedunt, aliter solum est.
- 18 Frater diu non tenetur alere fratrem diuitem, vel alium habentem, unde se alat, & non procedat in alimentis, que frater primogenitus præstare tenetur secundogenito, n. 31.
- 19 Ascendentes majorum facientes ex facultate Regia legitimum debent suis descendentibus, tenentur eis alimenta & dotes præstare in locum legitimæ oss debitas, etiam si alias habeant, unde se alant.
- 20 Frater diu tenetur fratri & sorori in opes alere, siue sint consanguinei, vel uterini.
- 21 Frater diu non tenetur sororem uterinam dotare, sed tantum ex eodem patre natam: sed in hoc distinguuntur vere, ut n. 31.
- 22 L. 11. tit. 16. ibi. por casar alguna de las hermanas, párr. 6. intellectus, & n. 37.
- 23 Frater non solum dotem sorori in opes dare tenetur, sed etiam ultra dotes apare vel avo relictas aia, que ad dotem adduntur, subministrare, & exhibere debeunt vestes, & jocalia, que sponsis dantur, & c.
- 24 Frater clericus potest etiam uterinam sororem, si velit, ex redditibus ecclesie dotare.
- 25 Frater an tenetur dotare sororem spuriam, sicut eam tenetur alere.
- 26 Ascendentes tenentur alere suos descendentes spurios.
- 27 Frater maioratus possessor non tenetur alere vel dotare fratrum vel sororum filios, etiam eorum parentibus mortuis, nisi eis legitimam a primo institutore debeat.
- 28 Frater maioratus possessor non tenetur alere fratrem vel sororem habentem patrem, vel saltem matrem, qui illos alere vel dotare possint.

- 44 Tutor vel curator alens & dotans fratres & sorores pupilli, quos ipse pupillus alere & dotare tenebatur, nihil iudicio tutela pupillo vel ejus substituta præstare tenetur, sicut in procuratore & procuratore, n. 44.
- 45 bona procuratoris sunt tacite hypothecata pupillo.
- 46 Alimenta præstata per tutorem, vel curatorem suis minoribus, eis serventibus, an sint reputanda, & n. 47.
- 48 Tutor, qui negligit præstare alimenta pupillo, putarecedenda a dolo, nulla facta provisione emoveri potest, & quid tunc iudex facere debeat, n. 50.
- 49 Tutor tenetur erga pupillum ad ea omnia, que diligens pater familias filio expedire.
- 50 Iudex ex officio nomine parente removere potest tutorem, qui negligenter providere pupillo, imo eum potest punire pro facti qualitate, ut in n. 52.

CAPUT III.

De pupillo erudiendo atq. educando.

1 Tutor tenetur pupillum bonis moribus instituire, facereque cum legere, & scribere, nec non, & officium suæ conditionis, & facultatibus suis aptius discere, & iuxta eas alere. Ita faciendum & curandum mandat 2076. part. 6.

In tex. Reg. ibi: Trabajar se deve el guardador de fazer al moço que tutare en guardar que aprenda buenas maneras, & de deve fazer aprender, leer, & escrever. Adde optimum text. in l. cum plures 13. §. cum tutor, ff. de admistr. tut. ubi dicitur: cum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præcipitur, in primis mercedes præceptoribus, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonii pro dignitate natalium consistere. Quod latius profequitur citans nostram l. Regiam & d. §. cum tutor Baec. de decim. tutor. c. 2. n. 87. asserens, quod in summa tutori incumbere videtur, vitam pupilli à criminibus, & res ab impiorum manibus defendere, ut in c. 12. q. 1.

Tutor igitur pupilli animam ad virtutem format, juveniles calores coercet. Unde dubium non est, quin eis satis digna gratia referri nequeat. Præclare enim secundum ipsum Baec. dicit Aristot. plus debere nobis, a quibus instituti sumus, quam a quibus progeniti, quod a parentibus tantum accipimus, ut vivamus, ab institutoribus, ut bene vivamus. Et superiora etiam ex dicto §. cum tutor, & l. §. tutor, ff. de suspens. tutorib. probat cum aliis Petrus Surdus de alimentis. tit. 2. q. 8. §. 7. n. 2. fil. 124. & iterum tit. 8. privilegio 86. n. 4. & 5. §. 1. 333.

2 Tutor ergo & curator debet curam habere de pupillo vel adulto, & illum mittere ad scholas, & secundum illius qualitatem, conditionem & ingenium, & facultates facere addiscere scientiam, & artes, & debitas mercedis debitis temporibus solvere magistris, & artificibus, ut probant prædicta jura. Et in terminis docet Plot. in l. si quando, num. 203. vers. dare operam, C. unde vi, addens, quod alias tenetur tutor & curator de negligentia, & diceretur esse in lata culpa, & quod contra eum poterit iurari in litem per minorem ad damna, & interesse, quem refert & sequitur Cavalc. de tut. & curat. n. 275. quia illi tutores nedum tenentur adhibere diligentiam in gubernandis & administrandis rebus minorum, sed etiam creandis & bonis documentis, & actibus dandis pupillis, & in illis debitis temporibus maritandis: alias uti suspecti poterunt removeri à tutela & cura, quod ultimum verum eredo. Illud autem, quod possit iurari in litem, in præmissa specie per minorem ad damna & interesse, falsum censeo, aut saltem sine ulla lege, ac proinde non tenendum, tamen id simpliciter sequatur Petrus Surd. ubi sup. d. n. 2.

In eadem lege Regia ibi: Deve guardar, e pensar del, da dele de comer, e de vestir, e de las otras cosas que menester

fueren segun entendiere que lo deus fazer, e catando rodavia que lo faga, segun lo bienes que recibio del.

Officium igitur tutoris est, alere pupillum pro modo facultatum pupilli, quando prætor non est aditus, ut in nostra lege, & l. officio, vers. si vero, ff. ubi pupill. educ. deb. ubi, quod debet arbitrio iudicis estimari. Consonat lex 20. tit. 16. part. 6. ubi inquit: deve el vize del lugar establecer signifi aludorio, e la riqueza del menor cierta quantia de pan, e de vino, e dinero que les don cada anno para su governo, e para su vestir del, e de su compaña, catando todavia que de la venta, e de los esquilmos de los bienes del huertano salgan estas de pensias, e que todo le sinque en saluo, si se pudiere fazer.

Limitat præcedentia eadem lex Regia, quando el guardador entendiere que sera danno del moço en de fender la riqueza, a lo la pobreza, a del, e por esta razon le gobernar de lo suyo espendiendo por el tanto quanto ficiere necesario, e poco mas, por esta razon que entonce lo puede fazer, e de deve de spues el moço, quando fuere de cada pagar todo lo que desta manera oviesse de spendiendo por el.

Quod si nedum eo casu procedit, nempe, quod licet iudex alimenta non taxet, sed tutor aut curator suo proprio iudicio, ea minori tribuat, quando videtur non expedire, ut patrimonii quantitas intelligatur, sed etiam quando id faciat tutor vel curator alia iusta ratione. Imo esto per incuriam accedendum iudicem id efficiat: nam nihilominus perfolvendum est ipsi, quod in alimentis debite expendisse constitit, ut vit prudens fuerit arbitratus, ut in l. ult. C. de aliment. pupill. præstand. l. 2. ff. ubi pupill. educ. debet, ex quibus iuris citans etiam d. l. 20. ita affirmat Molina. Theologus, l. part. de instit. & cur. 2. tractat. de instit. tit. 22. columna 1382. in versiculo esto iudex.

In tutela enim continetur & educatio, nisi aliter sit dispositum.

Quia educatio liberorum dicitur pars tutela, ut in specie tradit Bald. in l. omnem, C. ad Terull. col. 2. vers. sed nunquid ista nubens, ad fin. quem refert & sequitur Dese. conf. 49. n. 13. vol. 1.

Sed si tutor plus æquo dederit, non ei permittendum est tantum reputare, quantum dedit, ut in d. l. officio, ubi addit, quod etiam si tutor modum alimentis statuit, verumtamen ultra vires facultatum est, quod decretum est, nec tutor suggestis prætori de statu facultatum, debet ratio haberi alimentorum omnium, quia si suggestisset, aut minuerentur iam decreta, aut non tanta decernerentur. Iudicis igitur officio, qui de tutela cognoscit, congruit, reputationis tutoris non improbas admittere, ut puta, si dicat, impendisse alimenta pupilli, vel disciplinam, ut in d. l. officio, in princ. Molin. Theol. ubi sup. d. col. 1382. in princ.

In summa circa modum alimentorum sequens distinctio servari debet. Aut igitur prætor aditus non fuit, & tunc observandæ sunt nostræ leges Regiæ, & quod prædiximus ex d. l. officio, ubi pupill. educ. debent.

Si vero prætor aditus est pro alimentis taxandis, is modus servandus est, quem prætor statuerit, ut ibidem probatur post principium, ubi, modum autem. Jus namque alimentorum decernendorum pupillis prætori competit, ut ipse moderetur, quam summam tutores vel curatores ad alimenta pupillis, vel adolecentibus præstare debeant, & modum quoque patrimonii spectare debet, cum alimenta decernit, atque eam tam moderate statueret, ut non universum redditum patrimonii in alimenta decernat, sed semper sita sit, ut aliquid ex redditibus superfit. Ante oculos in decernendo habere debet etiam mancipia, quæ pupillis deferantur, & mercedes pupillorum, vestem, & tectum pupilli, etatem etiam cum templari, in qua constitutus est, cui alimenta decernuntur.

In amplis tamen patrimoniis positis, non cumulus patrimonii, sed quod exhibitioni frugaliter sufficit, modum alimentis dabit. Quod si non constat, quis modus facultatum sit inter tutorem, & eum, qui alimenta decerni desiderat, suscipere debet cognitionem, nec temere alimenta decernere, nisi in alterutram partem delinquat. prius tamen exigere debet, ut proficiatur tutor, quae sit penes fe summa, & communicari grauiore si vi- furas indiligentis, quod supra professionem apud eum fuerit reprehensum. Ita decidit lexus alimentorum. ff. ubi pupill. educ. deb.

Cui dum probat, quod in fine anni aliquid superesse debet, maledixit Dynus, qui liberalis erat, & ob id omnia expendere cupiebat: sed Rogerius illi legi benedixit, & a maledictione Dyni defendit Bartol. ibi, & qui eam seruari, nunquam pauper erit, secundum Petrum Rebuffum in tractatu de congrua portione, num. 69. pag. mibi 102. Sed quod aliquid in fine anni superesse debeat ex redditibus minorum, quod patrimonium augetur, intelligi debet in his regnis, si commode ita fieri possit, alioqui redditus omnes expendi possunt, ut in dicta lege 2. in princip. tit. 16. part. 6. & Molin. Theologus de iustitia & iure, 1. part. 2. tractatu, disputat. 224. colum. n. 1382. versicul. admonetur, ubi citat pradict. leg. 20. & ante eum Pelaez de maiorat. 1. parte, quaestio 28. sub num. 4. folio mibi 509. ubi eam legem appellat singularem ad intelligentiam text. in d. l. ius alimentorum, & Gregorius Lopez in d. l. 20.

10 Sed ultra id redditus expendendum non est in alimentis pupillorum, ut in l. Mediterranea cironatis, & ibi Joa. de Platea, C. de anno, & trib. lib. 10. cap. 1. cum nuper, de censib. & probat Baec. de decimis tutor. cap. 2. num. 83. nihilominus tamen, si pupillus habeat modicum patrimonium, ita quod redditus non sufficiant ad alimenta, tutor potest ponere manum ad proprietatem, maxime ubi pupillus esset nobilis, secundum Alber. in d. l. ius alimentorum, ff. ubi pupill. educ. debet, quem refert & sequitur Pelaez ubi sup. num. 7. & Gregor. Lopez in d. l. 20. in gl. almoco, & Molin. Theologus etiam ubi sup. versicul. utrum, addentes, quod quando arbitrio prudentis, attentis circumstantiis concurrentibus, iudicatur ita minor expedire, fas est, minuire patrimonium in similibus aut aliis similibus, ut expresse statuitur in l. 3. in princ. ff. de contrar. mil. act. tit. & in d. l. Reg. 20. ubi si pudere facer, quam ad hoc citat Pelaez ubi supra.

11 Sed si si pater statuit alimenta liberis, quos heredes scripsit, ea sunt praestanda, & reputanda per tutorem vel curatorem, nisi forte ultra vires facultatum patris alimenta filijs praestanda statuerit: tunc namque in putabitur tutori, cur non adito patre desiderat alimenta minui, ut in l. officio, vers. si ff. ubi pupill. educ. deb.

12 Quod si testator in testamento decernat tam modica alimenta, quae non sufficiant, poterit tutor ea praestare pinguiora usque ad convenientem quantitatem, argumento text. in l. si quis, §. quicquid ergo, ff. de religio. & sume. fin. ubi dicitur, sequendam non esse testatoris voluntatem in faciendis sumtum. Allegatur etiam text. pro hac sententia in d. l. ius alimentorum, in fine, ff. ubi pupill. educ. deb. per quem ita tenet Brun. in tract. de augment. & diminut. conclusio, in princ. num. 11. & in tract. de diminut. & deterior. conclusio, num. 30. quem citat & sequitur Corab. in leg. si quis a liberis, §. sed si filius, num. 9. ff. de lib. agnoscendis & ambob. Petrus Sordus tract. de alimentis, tit. 3. privileg. 85. num. 2. & 3. ubi quod textus in d. l. ius alimentorum, hoc non probat, sed nihilominus in numeris sequentibus praefatam conclusionem aliis fundamentis iuridicis comprobat.

13 Sic etiam, si ubi taxatio alimentorum est immodica, potest tutor illam restringere, ut ex d. l. si quis, §. quid

ergo, ff. de relig. & sume. fin. post Bartol. & Aspinum notat Corab. ubi supra, quem refert & sequitur Petrus Sordus ubi supra, num. 4.

Denique ¶ constituendo alimenta, consuetudo est 14 inspicienda, Boer. in consuetud. Bituricensi, tit. de iur. per. §. 12. colum. 2. Cassense in consuetud. Burg. Rubric. 6. §. 2. verbo, & alimenter, quos & alios refert & sequitur Baec. de decimis tutor. dicto capite 2. numero 84. ubi numero 85. quae veniant in proposito appellatione alimentorum.

Cauti ¶ igitur & prudentes tutores atque curatores 15 solent a iudice petere, ut decernat, quae alimenta minoribus sunt praestanda. iuxta qualitatem & conditionem personarum, ac facultates patrimonii, & consuetudinem loci pro se, & famulis suis alendis: a iudice autem cum summaria quadam causia cognitione haec decernuntur.

Repetet ¶ ergo tutor a pupillo contrario iudicio tu- 16 telae, quidquid in alimentis impenderit, iuxta superiora, ut in terminis cum Cuman. consilio 88. casu talis est, num. 4. circa secundum tenos Petrus Sordus de aliment. titulo 3. quaestione 7. numero 1. cum sequentibus. ubi bene probatur.

Quinimo ¶ non solum tutores & curatores minori- 17 bus suis alimenta praestare debent, sed etiam si forori pupilli, non habenti alias, unde fe alae, etiam si foror liberabilibus artibus eam insituerit, nihil eiserit imputandum in tutelae iudicio, nec pupillo restituendum, ut probat expresse textus in leg. qui filium 4. ff. ubi pupill. educ. deb. ibi, existimo. Et si extra magistratum decretum tutor forem pupilli filii aluerit, & liberalibus artibus insituerit (cum haec aliter ei contingere non possent) nihil eo nomine tutelae iudicio pupilli, aut substitutis pupilli praestare debere, ex quo ita tenet Cuman. dicto consilio 88. num. 4. Petrus Sordus ubi supra, num. 18. nempe, in tractatu de aliment. tit. 1. quaest. 25. num. 1. cum sequentibus, & iterum tit. 3. quaest. 7. cum pupillus ad id teneatur, tutor debetur pupilli exclusit, & in d. l. qui filium, dicitur, quod iudicio tutelae hoc repetitur, ergo si solvuntur tutori praestata forori pupilli in praedicta specie, quanto magis reputari debent ipsi tutori, vel curatori, eique dari retentio.

Quae est magis favorabilis, quam petitio, l. per retentionem, C. de usufructu. l. Paulus, ff. de dol. except. Bald. consil. 455. colum. 2. vol. 2. ff. in l. naturaliter, §. nihil commune, 12. colum. ff. de acquir. possess. Dec. in l. dromo, n. 5. ff. de reg. iur. Ruyner. consil. 66. n. 10. vol. 1. Crau. consil. 44. n. 2. Ceph. consil. 86. n. 20. quos ad hoc refert & sequitur Petrus Sordus, ubi supra, de aliment. tit. 3. q. 7. n. 12.

19 Frater ¶ etiam dives tenetur frater atque sorores inopes alere, l. multus, ubi, ut egerem virum fratrem, inferens, ut sustineat, ff. de iure dot. leg. cum plures §. fin. tutor, secundum dignitatem, §. fin. ff. de administrat. tutorum, d. l. qui filium ff. ubi pupill. educ. deb. l. 1. §. sed nonnullos ff. de lib. agnos. gloss. final. in fine, in dict. leg. qui filium, quam receptorem appellat Joann. Orof. in l. 1. §. ius naturale, num. 22. ff. de iustitia & iure, & communem Anton. Gomez in l. 40. Tauri, num. 75. ubi eam limitat, praeterquam si adsit mater communis dives, quia tunc ipsa tenetur ceteros filios alere, non vero frater etiam dives, inferens ex hoc ad quaestionem, an successor maioratus teneatur alere fratrem inopem, siante matre divite, & resoluti, quod non: quem sequitur, & idem probat iure communi, & Regio, loquens etiam stante patre divite, D. Molin. libro 2. de Hispan. primogen. capite 15. numero 68. resolvens solum in eorum subsidium, fratrem divitem fratres atque sorores inopes alere adstrictum esse, & numer. 69. inquit, sic intelligendum esse textum in dict. leg. cum plures, §. fin. & leg. tutor, secundum dignitatem, §. fin.

§. final. ff. eodem & l. qui filium, cum similibus, ff. ubi pup. edu. deb. Eandem sententiam principalem communem dicit, ex Alber. alios etiam allegans Petrus Sordus in praefat. tract. de aliment. tit. 1. quaestio 25. num. prim. cum sequentibus, & tenet Cuman. in d. consil. 88. versic. circa secundum, quem sequitur idem Petrus Sordus de aliment. tit. 6. quaest. 14. num. 14.

20 Ampliatur primo ¶ haec communis sententia, ut procedat etiam in fratre male merente respectu patris, adeo quod pater non poterit interdicare alimentationem, quia talis prohibitio esset contra ius naturale, & ideo semper iudex condemnabit fratrem divitem ad alendum pauperem, imo ad assignandum illi bona, quorum redditus ad alimenta illi sufficient, secundum Bald. consil. 103. n. 3. volum. 5. sequitur plures refrens Corab. in l. si quis alteris, §. item rescriptis, num. 83. ff. de lib. agnos. & Petrus Sordus d. quaest. 25. n. 2. & 3.

21 Ampliatur secundo, ¶ ut procedat etiam in fratre, qui fuit exheredatus, quia, & is est alendus a fratre divite ratione sanguinis, licet non hereditario iure, ut est text. in d. l. cum plures, §. cum tutor ff. de administrat. l. mo. per quem dicit Bald. nov. vel. de dote 6. part. special. 16. colum. 3. versic. item si pater tangat. Et hoc dicit, valde notandum, quia alii non tangunt, Palat. Rub. in repetitione c. per vestras in 3. notab. §. 24. n. 4. & ante eos voluit Bald. dict. consil. 103. n. 2. volum. 5. & eos refrens Petrus Sordus dict. quaest. 25. n. 7. ubi n. 7. ampliatur, ut procedat praedicta communis sententia etiam quando foror virum haberet, cum tamen dotis fructus non sufficient pro ea in firma curanda, nec etiam pro expensa cibi & potus, quia tunc frater ipse tenetur ei medicum, & medicinas praestare, secundum Regyn. consil. 139. n. 4. volum. 4.

22 Ampliatur tertio ¶ ut non solum frater laicus, sed etiam clericus tenetur fororem alere, imo & dotare, ut late iure comprobatur alios allegans Palat. Rub. in repet. c. per vestras, 3. notab. §. 24. n. 4. de don. inter vir. & uxor. & Greg. Lopez in leg. glo. mag. ad fin. tit. 16. par. 6. & Petrus Sordus dict. quaest. 25. n. 11. cum sequentibus, & nu. 9. late iure probat plures allegans, quod frater tenetur dotare fororem inopem.

23 Ampliatur quarto, ut frater, qui fratrem egerum alere tenetur, non solum eum, sed eius uxorem, & filios exhibere debeat, eiusque alimenta praestare, Hieron. Gabriel consil. 25. num. 18. volum. 1. per gl. in d. l. si quis a liberis, §. non tantum, in verb. onera ff. de lib. agnos. sequitur Petrus Sordus de aliment. tit. 4. q. 2. n. 11. dicens hoc esse generale, quod qui tenetur ex legis dispositione aliquem alere, is alimenta filijs quoque & uxori praestare debet: Sed quod hoc non habet locum in alimentis testamento relictis, vel ex pacto debitis, quia ea ad filios & uxorem non extenduntur, sed bene ad servitores, & alios, sine quibus alimentarius non potest honeste vivere.

24 Ampliatur quinto, ¶ ut quavis Doctoris praecitati loquantur de fratre, utrimque commisso, vel consanguineo alendo, non vero de fratre, vel forore uterinis, nihilominus tamen quando foror, vel frater ex eadem matre tantum, sunt valde egeres, & non habent aliunde, alendi sunt a fratre uterino, dict. leg. qui filium, circa finem, ubi pupill. educ. deb. qui text. indistincte loquitur: ergo indistincte quoque venit intelligendus, l. de pretio, cum similibus, ff. de pub. in rem actio. & ita notat Bald. in d. l. qui filium, & plures alios allegans sequitur Petrus Sordus de aliment. tit. 1. quaestio vigesima quinta, num. decimo septimo cum sequenti, sed de hoc agemus latius infra hoc cap.

25 Ampliatur sexto ¶ ut frater fratrem naturalem alere tenetur, si alii non stent habiles ad eum alendum, text. expressus in ant. quib. mod. natur. offic. sui circa finem, in §. si quis igitur habens, ubi dicitur naturales filios pascendos esse legitimos: Hoc etiam probatur in authentic. licet, circa finem, C. de natural. liberis, tenes Barro. in leg.

si quis a liberis, §. utrum, n. 5. ff. de lib. agnos. Rip. in l. 1. nu. 85. ff. solut. matrim. Greg. Lopez in l. 4. tit. 16. part. 2. in gloss. final. & in l. 16. tit. 16. part. 6. in gloss. verbo, casus alg. & Doctor Molin. hoc refrens lib. 2. de Hispan. primogen. capite 15. num. 64. Et est communis opinio, ut plures allegans affirmat Petrus Sordus dict. quaest. 25. n. 29. ubi numerus sequentibus, an hoc procedat iure hereditario, vel sanguinis, & resoluti, quod iure sanguinis, etiam si frater dives non sit heres patris, & nu. 32. addit intelligendum esse, quod dictum est de fratre naturali, ut procedat etiam in spurio, secundum Socin. Palat. Rub. & Corab. quos citat. Sed & de hoc quid tenendum sit infra resolvemus.

Limitatur ¶ superioris, si is a quo petuntur alimenta, 26 non habeat ultra, quam necessarium sibi sit, argumento legis praefat. C. de servis, & 9. & probat etiam in fratre naturali, & aliis personis similibus Petrus Sordus de aliment. titulo septimo, quaestio 15. sub num. 29. & num. 30. Sed & alias limitationes congerit idem Petrus Sordus dicta quaestio, 15. per totam, apud quem sunt videnda, quoties opus fuerit.

Ex superioribus deducitur, ¶ quod quicumque anti- 27 quissimi maioratus possessor teneatur proprios fratres, atque forores inopes ex primo maioratus institutore descendentes alere, atque dotare, ut inspecie probat Rodericus Suarez in repetitione legis, quoniam in prioribus super legem fori, in secunda limitatione, num. decimo, C. de iustic. testam. ubi inquit, sic ita vidisse iudicatum in Regali Cancellaria, & est communis opinio, secundum Palat. Rub. in repetitione capite per vestras, §. 24. nu. quarto, & praedicta secundum Padillam in Rubrica C. de fidei commissis, num. quinto, in fine. dicit etiam communionem Pelaez de maiorat. 4. part. quaestio 27. num. 5. communem etiam profertur, qui sequitur, & alios citans, inter quos & Gregorius Lopez, D. Molina, de Hispan. primogen. 2. cap. 15. n. 54. & 57.

Sed quavis ¶ ipse Suarez hoc ad fratres, & forores, 28 ex primo institutore descendentes, restringat, id ipsum dicendum videtur in quolibet fratre seu forore maioratus possessoris, ex parte maioratus institutoris sibi attendentibus, & etiam a primo maioratus institutore non descendat ex dictis iuribus. Et ita pluries in forensibus controversiis observatum vidit Doctor Molin. de Hisp. primogen. lib. 2. capite 15. num. 10. ubi fatetur se nunquam vidisse fratrem divitem, bona tantum libera possidentem, condegnatum fuisse ad alendos fratres, vel dotandum fororem, tamen nulla ratione petenti bus denegari possit, & merito, ut supra resolvimus, & iure probavimus.

Sed & alia ¶ ratione hoc probari poterit, nempe, quod 29 maioratus institutio ex hoc Regnorum consuetudine ea lege facta fuisse videtur, ut filius primogenitus familiae caput, atque robur, fratres, & forores egeres alere, & dotare teneatur, quae obligatio in omnes primogenitos in infinitum transfunditur, atque in ipsorum maioratum propriam, & peculiariter naturam convertitur, prout in simili in feodis in quibus iure Francorum succedunt, dicit solum esse. In illis namque filius primogenitus, qui in feudo succedit, semper tenetur fratribus, & fororibus victum, & militiam praestare, quia feudum ipsum hac lege, & conditione eidem delatum sit, prout habetur in constitutione Regni Siciliae libro tertio, Rubric. decima octo, incip. comitibus, ubi Andr. de Iern. & Matth. de Afflic. plura in idem adducunt, & in terminis comprobant idem Molin. in adnotatombus ad lib. de Hispan. primogen. ad fin. postea, num. decimo quarto, & decimo quinto, & Antonius de Padilla in Rubrica, capite fidei commissis, num. 5.

Quinimo, ¶ & si verum sit alias regulariter, quod 30 do frater, qui alimenta petit, dives est, vel aliunde habeat,

habeat, unde se aliat, non sint prestanda alimenta, quæ à legis dispositione pro iudicis officio debentur, secundum Alex. and. in consilio 27. numer. secundo, volumine quarto, ubi tenet, quod ille, cui ex dispositione legis, seu officio iudicis alimenta debentur, ita eadem ea petere potest, si aliunde non habeat, unde se aliat, lego, si quis à liberis in principio, in versiculo, sed & filius, & in versiculo alienus, & in §. solent, versiculo alimenta, ff. de lib. agnos. & in fratre, vel sorore probat textus, in lege tutor, secundum de iur. iud. in §. si filii, de administratione tutorum, & in lege, qui filium, in §. si filii, ff. de pup. educ. deb. cum ea aliter contingere non possit, scribi glossa, in versiculo, hoc, Bartolus in §. discretus, num. quarto, in authentic. quibus modis tutor efficitur, Cap. 2. de iur. iud. si pater habens, in de iur. iud. in §. intelligo, Cor. ubi in lege, si quis à liberis, §. idem referri, §. 2. & alios allegat Pet. Surd. de aliment. tit. 7. questione 15. num. 1. cum sequentibus, fil. 242. ubi in §. cum sequentibus, idem probat, quando frater esset opifex, vel ex industria vivere possit. Et item quando frater aliquo in loco vivere potest de suo, idque ipsum erit etiam dicendum etiam pendente lite, non enim divitibus, sed pauperibus pendente lite alimenta ministranda sunt, l. extraneo, ff. de vent. in poss. ubi Bart. & communiter scribitur de notariis, l. fin. C. de ord. cog. ubi glo. 3. non poterit, & ceteri d. Cozart. in practica questionibus, capite 6. num. 6. versic. 3. requirit, idque verum, ac probabile videtur Doctor Molin. lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 16. numero 46. dummodo paupertatis consideratio iudicantis arbitrio relinquatur.

At tamen hæc non procedunt in alimentis, quæ primogenitus præstare tenetur secundogenito, quia ille alendus est, etiam si habeat aliunde, unde vivere possit, ut fertur tenuisse Gutierrez à Perno. consilio 11. num. 10. inter consilia feudalia, voluisse etiam Afflic. consil. 123. num. 2. usque in finem, ubi dicit, quod vita militum est à secundogenito præstanda, etiam si habeat aliunde, quod non solum procedit in feudo, sed etiam in aliis rebus, quando alimenta debentur ex legis dispositione, expressè à iure actionis, sicut in officio iudicis, quia tunc non debentur diviti, ut probantur Petrus Surdus de aliment. dicto titulo septimo, questione decimaquinta, num. 22. cum sequentibus, referens num. 27. quod cum lex, vel conclusio, deferens successione integram primogenito, mandat secundogenito alii, tunc datur actio, & non officium iudicis, & consequenter secundogenitus, quamvis dives, ea petit.

Nihilominus tamen, quidquid in hoc sit, in feudis in vita, & militia in nostris Hispaniæ primogenitus, procul dubio contrarium dicendum, & tenendum est. Imo, quod frater primogenitus, possessor maioratus non teneatur alere fratrem secundogenitum, divitem, vel habentem alias, unde se alere possit, tum ex precedenti regula, & communis Doctorum traditione, iure communis expresse probata, quæ habet, quod pater, frater, nec cetera persona, quæ alere tenentur filium, fratrem, vel alium, compelluntur eos, si divites sint, sustinere, sed tunc demum, cum alimentis egent. tum etiam ex mente Doctorum in specie loquentium, ut constat ex D. Mol. de Hispan. primogen. libro secundo, dict. cap. decimoquinto, numer. 16. ubi si ipse id commode facere possit, fratresque aut sorores inopes sint, & in terminis tenent etiam Martin. Laudem in tract. primogen. col. 7. versiculo ultimo, & Corad. in dict. lege, si quis à liberis, §. idem referri, §. 2. ff. de lib. agnos. quos ad hoc refert licet eos non sequatur Petrus Surdus ubi supra, sub nu. 23. & 24. tam denique ex communi praxi huius Regni, quæ eos tantum fratres secundogenitos alii à primogenitis introduxit, qui inopes, & egentes sunt: ceteris vero si divites exsistant, idque merito quocumque titulo alimenta debeantur, quia obligatio alimentorum præsupponit e-

gentiam, atque proinde ea deficiente, cessat & locum non habet obligatio, ut in præcatis scribit. præterquam in casu specialibus, de quo per D. Molin. dicto cap. decimoquinto, num. 6.

Nempe in alimentis præstatis à parentibus, avis & proavis, ceterisque ascendentibus, maioribus facientibus ex facultate Regia, à quibus legitima debita est: Hi enim tenentur alimenta & dotes filii legitimis descendibus præstare in locum legitimæ debite omni iure, etiam si has habuerint, unde se alant, quia cum in locum legitimæ subrogentur, & legitima debeatur etiam habentibus aliunde, unde se alere possint, consequens est, ut similiter alimenta etiam habentibus aliunde, unde se alant, debita sunt, ut voluit in speciebus in leg. Sancimus, in §. fin. C. de nupt. Roderic. Suarez, in leg. quomodo in prioribus, secunda limitatio ad leg. fin. leg. decimo secundo, C. de inoff. testament. Gregor. Lopez, in l. 11. tit. 4. par. 6. in verb. libere, ad finem.

Ceterum cum frater secundo genito maioratus possessoris legitimæ non debetur à primo institutore, procul dubio eadem ratione, sicut à contrario sensu, quod argumentum fortissimum est in iure, fatendum est, idem diviti existenti minime alimenta deberi à fratre primogenito maioratus possessore, cum tunc alimenta non debeantur ratione legitimæ, sed iure sanguinis propter egentiam, quæ autem cessante, cessat & ipsa obligatio, ut modo dicebamus.

Illud tamen distare videtur in hac specie inter alimenta præstanda fratribus & sororibus egentibus, & dote tenentium nulla differentia constituenda est inter fratres & sorores consanguineos, vel uterinos, sed utriusque à fratre divite præstanda sunt, ut in specie probavit Cyn. in leg. 1. quæst. 2. C. de alend. liber. Bald. in l. qui filius, per text. ubi ff. ubi pup. educ. deb. Alexander optime declarans in leg. filia, n. 6. ff. ad Trebell. idem Alexander in l. 1. n. 13. ff. solut. matrim. ubi Rip. num. 8. in §. in authentic. res, quæ, n. 10. C. communia de legat. Tiragull. de primogen. quæst. 62. num. 3. & horrefrens D. Molin. lib. 2. de Hispan. primogen. c. 15. n. 6. concludens, idem semper atque indistincte maioratus possessorem divitem teneat fratribus maioratus fratres atque sorores inopes alere, sive consanguineos, sive uterinos sint: Unde tutor, vel curator dicti fratris divitis vel maioratus possessoris, alimenta præstare potest, & debet fratribus & sororibus sui minoris egentibus, sive consanguineis, vel uterinis sit.

Respectu tamen præ dote distinguendum est. Nam frater dives non tenetur forem uterinum dotare, sed tantum ex eodem patre natam, ut in d. l. cum plures, §. fin. in cap. cum tut. ff. de administr. tut. ubi, sed non dabit dotem sorori pupilli alio patre nata, cetera similiter ea nubere non potuit: Nam est honeste, ex liberalitate tamen sit, quæ sortita arbitrio pupilli est: & ibi glossa ordinaria, verb. alio patre, ad fin. ubi, vel potest dote, quam sequitur Barto. ibi. si minus gloss. in l. non omni, verb. nullar atones, C. eod. tit. ubi eam sequuntur omnes: & testantur communem Ital. nu. 27. Rip. num. 33. in l. 1. ff. filius, matrim. gloss. etiam in l. 2. verbo, in cumberes, C. ad Macedon. quam allegat & sequitur Bart. in rubric. proxiimi, ff. de iur. iud. 14. Est communis opinio, secundum Palat. Rub. in reposit. cap. per verbas, tertio notabil. §. 2. num. 3. de donat. inter vir. & ux. & Boer. dec. 129. num. 7. & Tiragull. qui plura refert de primogenit. quæst. 62. num. 1. Arias Pinell. in l. 1. §. partem. 101. C. de bon. mater. Padill. in authent. res, quæ, num. 6. C. commun. de leg. & Doctor Molin. d. c. 15. num. 60. Et ista videtur magis communis conclusio, secundum Gregorium Lopez, in l. 1. in §. glossa, casus aliqua de ibi, & ista videtur, & c. titulo 16. partem 61. quam sequitur Pelaez, de maioratu, 4. part. quæstio. 27. n. 6. & latius idem questione 28. numero 1. cum sequentibus, & Petrus Surdus de aliment.

ment. titulo 1. quæstio. 25. n. 19. sequitur, dicens esse communiorum sententiam cum Gregorio Lopez, ubi supra. Molin. Theologus de iur. & iur. 2. tract. disputatio 224. col. 1. m. 1388. versiculo ad dotandum & column. sequenti, ubi quod non valet hæc consequentia, tenetur quis alimenta præstare alicui puella, si aliunde ea non habeat. Ergo tenetur eam dotare quantum facis sit, ut perpetuo se aliat, quoniam longo plures filii, dotes dare, quam per partes alimenta illi præbere. Sed quid hæc consequentia valet, tenetur quis alimenta puella præstare. Ergo potest eam dotare, ita ut ex dote perpetuo alii possit.

Contra superiorem tamen magis communem sententiam & resolutionem adest nobis dict. lex, decima octava, quæ in distincte permittit, tutoribus & curatoribus, dote consistere reloribus pupilli & ob eam causam bonam mobilia eisdem vendere, atque alienare, ibi, & per casus aliqua de las hermanas del moco. Ergo si tutor pupilla duci sit utrimque connata, sive uterina, tantum frater eam dotare tenetur, quod & iure communis pluribus comprobatur Tiragull. ubi supra, num. 3. cum sequentibus, & etiam Surdus ubi supra, dicto numero 19. cum sequentibus.

Vera tamen resolutio est in proposito (iuxta quam intelligendus est textus in d. l. cum plures, §. cum tutor, ff. de administratione tut. & ibi glossa, & communis opinio supra citata, & dicta lex Regia) nempe, ut si agamus de dote, quæ excedat legitimam, sicut illa, quæ iuxta valorem legitimæ estimanda, atque taxanda est, vel ultra alimenta protrahenda, ut congrua esse dicatur, in hac specie frater dives, sive maioratus possessior non teneatur dotare sororem uterinam, ulque ad legitimæ valorem, seu ultra quantitatem, quæ ad alimenta necessaria est: Si vero agamus de dote, quæ ad alimenta tantum necessaria est, & quæ succedit loco alimentorum, in hoc casu frater dives tenebitur dotare sororem, tam uterinam, quam consanguineam, ita resolvit Tiragull. dicta quæstio, & iuridica, quia valet argumentum de alimentis ad dotes, secundum Gregorium Lopez, ubi supra, in glossa magna, in versiculo lex ista partituram, quamvis dicit, in hoc casu frater dives, & ita relinquere cogitandum, sed in trepide probat D. Mol. dicto lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 15. n. 62. quod textus Greg. Lopez, ubi supra, esse censet intelligendum textum in dicto, §. cum tutor, cum similibus, atque id, quod a quoque dixit Rodericus Suarez in dicta secunda limitatio ad legem fori, quia id simpliciter, & indistincte sumtum falsum esset.

Alium intellectum præ ad dict. leg. Regiam 18. assignabat Palatinus Rubeus, dict. §. 24. num. quarto, ne oblit prædict. magis communis sententia, nempe, quod lex illa non videatur imponere necessitatem patri ad dotandum sororem, sed pro ista causa reputat, quod si tutor velit dotare sororem pupilli filii, tantum res sit licita, honesta & pia, quod possit res minoris ad hoc alienare cum decreto iudicis, & quod ad hoc forte lex Regia citata, & nona, titulo prim. part. quarta, quæ loquuntur de personis, quæ tenentur ad dotandum, de fratre nihil dixerunt. Hic tamen intellectus contradicit menti & verbis, d. l. 18. in primis verbis, non deventis guardadores dar, ni vender. & c. sequitur vulgar exceptio (quæ debet esse derogata ut in iuribus vulgaribus) fueras ende, si lo fizecer alguno por pagar las decimas que oviesse dexado el padre del huertano, o por casar alguna de las hermanas del moco, dum equiparatur hæc duo. Ergo sicut tutor tenetur solve-re debita patris pupilli, & eadem perfolvenda bona mobilia, ceteris deficientibus, cum decreto tamen prætoris vendere, & alienare, ut patet in lege ob as alienum, C. de prad. & alius rebus min. ita, & sororem minoris dotare. Non igitur sustineri potest ad eam legem hic intellectus Palatii Rub. Et ideo merito ipsemet non firmat pedes in

eo, sed tandem relinquit cogitandum, superior ergo intellectus verior, & tenendus est.

Quinimo præ quamvis frater filii pupillus, possunt tamen cogitari ad congruam dote consistendum, ubi ibi videatur requiri decretum iudicis, tamen ille textus intelligendus est ad abundantiam, ut inquit Goffred. ubi per leg. qui filium, in fin. ff. ubi pupill. educ. deb. ubi etiam sine decreto iudicis receditur à voluntate patris ex ista causa, Nec enim istæ filie dicuntur posse nubere ex dote assignata, si congrua, & ex dignitate non nubent, l. nepos Proculo, ff. de verborum significatione, Lucas de Penna in lege in ali. column. & in fin. (de acc. trib. libro decimo, ita observavit Antonius Theaur. dec. 1. Pedemont. 102. nu. 8. Sed si bona immobilia minoris vendentur, vel darentur ad dotandum foror em minoris, iudicis decretum esset necessarium, ut in dicta lege decima octava, in versic. cum entone, tit. 16. par. 6.

Neque solum præ dote filia tradere fratres, vel illo- rum tutores tenentur, sed etiam ultra dotes à patre, vel avo relictas, alia, quæ ad dote addantur, subministrare & exhibere debentur, velles, & locales, quæ sponis dantur, & quæ in testamentis avi & patris non relinquuntur, arguuntur text. in d. l. qui filium, ubi i tutor ducenta tantum filia legatur, & nihil aliud, tunc tamen poterit consequi etiam alimenta ab eod. illi præstata, & alias expensas circa eruditionem filiorum factas: Ita in terminis per illum textum, tenet Theaur. ubi supra numero nono.

Frater si clericus potest etiam dotare sororem, si velit ex redditibus Ecclesiæ, Ripa in l. prim. num. 83. ff. solut. matrim. Petrus Surdus de aliment. tit. 1. quæstio. 25. n. 28. Imo tenetur sororem ex eodem patre natam dotare, si ipsa alias non habet, unde se dote, secundum Abb. & Anton. in cap. per venit de arbor. & Gregorius Lopez, in d. l. 18. gloss. magna, ad fin. & Palat. Rubric. ubi supra, nempe, in reposit. cap. per verbas 3. notab. §. 24. n. 4.

Quinimo præ frater tenetur etiam dotare sororem spuriam, sicut tenetur eam alere, ut cum Socin. in l. 1. ff. solut. matrim. tenet Palat. Rubeus ubi supra, sub n. 3. ubi amplius ista sequitur Corad. de alimentis, in l. qui ad liberis, §. item referri, §. 2. ff. de lib. agnos. quos ad hoc verum credit & probat Petrus Surdus de alimentis, tit. 1. quæstio. 25. nu. 33. Sed hoc verum non credimus: æquitas namque text. in cap. cum habere, & de 3. qui duxit in matr. quam poll. per adult. solum in patre, de quo ille text. loquitur, ver factus, ideoque ad fratrem extendenda non erit, in quo minor longe ratio, quam in patre militat. Sed iura civilia præcise in hoc casu observanda erunt. Et præterea nullo iure cautum reperitur, quod frater divite teneatur alere fratrem spurium inopem, vel sororem spuriam alere, aut dotare: Et ita merito hanc fecundam partem negativam respectu alimentorum pro vera probavit D. Molin. ubi supra, num. 65. & 66. quam etiam probavit in avo & proavo Gregorius Lopez, in leg. 1. cum. 10. part. quarta, in gloss. que suben, per text. ibi unctio dict. cap. cum habere.

Sed in his præ ascendentibus verius esse credimus ad- vers. Gregorium Lopez, ubi supra, obligationem alimentorum erit contra eos in favore nepotum & pronepotum spuriorum ex identitate rationis, quæ in patre (dummodo pater non habeat, unde filium alere possit) & ideo merito dubitari potest de dicto Gregorii contrarij ubi supra, prout dubitavit Doctor Antonius de Padilla in authent. res quæ, n. 66. C. commun. de leg. & contra Gregor. tenet Mol. ubi supra, n. 66.

Similiter præ etiam frater maioratus possessor non tenebitur alere vel dotare fratrem vel sororem filios, etiã eorū parentibus mortuis, nisi eis legitima à primo institutore debeatur: hæc namque obligatio fratres & sorores alendi,

alendi, vel dotandi ad fratrum vel sororum filios non protrahitur, sed in ipsis fratribus, & sororibus finitur, ut nuncupatum affirmavit Alexander in leg. 1. num. 20. post Angel. & Joann. de Imol. lib. 5. §. filius, matrina, & alii plures, quos refert, & sequitur D. Molin. de Histi. primog. lib. 2. d. 6. §. 15. n. 67. ubi refert Sylvan. hanc opinionem communem esse profitentem, eor. §. 35. n. 22. cum sequentibus. Iure enim cautum non invenitur, quod patrum dives nepotes alere, seu nepem dotare teneatur. Et praterea, quia alimenta mortuo fratre ad eius liberos, seu heredes non deferuntur, sed eius morte finire debent: Unde ab hac communi opinione recedendum non est, licet semel, cum quatuor similibus in quodam Castelle supremo conventu quoad alimenta, controverteret contrarii obtentum fuisse acceperit Molin. d. l. n. 67. qui communem adhuc probat, & defendit, respondens bene fundamentis, quae contra eam adducuntur, & inquit hoc esse singulariter notandum atque memoriter commendandum: Quotidie namque poterit in forensibus controversiis contingere, sed neque frater maioratus possessor tenetur alere fratres vel sorores habentes patrem, vel matrem, qui illos alere, vel dotare possunt, sed tunc prima actio in patrem, vel eo mortuo, vel inope existente, in matrem dirigenda erit, nec aliter quam ipsis deficientibus in fratrem maioratus possessorem exercerebitur, quod in patre apertissime procedit: De matre est text. in leg. §. qui a liberis, §. utrum, ff. de lib. agnos. ubi obligatio alendi liberis patre deficiente in matrem transfunditur. Quod ex ea lege, & illis in specie probat Antonius Gomez in l. 4. Taurin. n. 75. & D. Molin. d. l. 2. cap. 13. n. 68. addens leg. Regiam id apertius probantem, nempe leg. 4. tituli. 19. part. 4. ubi onus alendi liberis patre inope existente, vel alias deficiente, ad matrem atque avos, & proavos maternos, seu paternos transfunditur: neque in ea lege de fratre ulla mentio fit. Solum namque in eorum subsidium frater dives, fratres, atque sorores alere alitricus est, ut praedictum, legibus apertissime probatur, sicque intelligendum erit text. in d. l. leg. cum plures, §. ff. de admin. tut. & l. tutor secundum dignitatem ff. eodem tit. & l. qui filium, cum similibus ubi pup. educ. deb.

Vnde §. (ut ad propositum redeamus) in casibus, in quibus iuxta praedicta, & resoluta frater dives tenetur alere, & dotare fratres, & sorores inopes, in eisdem, si id faciat eius tutor vel curator, iudicio tutelae nihil earatione pupillo, vel eius substitutis praestare tenebitur: sed vero in casibus, in quibus minor ad id non tenebatur, & iuxta hanc resolutionem, quae vera est, amplianda, & limitanda est dispositio d. l. qui filium, ff. ubi pup. educ. deb. & d. l. leg. cum plures, §. cum tutor, qui est §. final. ff. de admin. tut.

Et quae dicta sunt de tutore in hoc eodem quoque habent, in eo quae gestit pro tutore, vel curatore, licet tutor, aut curator non esset, l. §. hac actio, ff. de contr. a. ind. tut. Cuman. d. confi. 88. n. 3. Idem enim iudicamus de protutore, quod de tutore ipso, & ideo bona protutoris, qui administravit, non minus sunt in iure tacite hypothecata pupillo, quam tutoris, iuxta glossam in l. dabimus §. ff. de priv. cred. gloss. fin. in le. pro officio. C. de admin. tut. ubi Bald. notat, autem non esse alibi, sequitur Neguliant. de pignor. in 4. membr. 2. par. 3. n. 7. ubi ampliat multis modis, quos, & alios refert & sequitur Petrus Surdus de alimen. tit. 9. privileg. 4. n. 6. §. 1. d. 1. ubi dicit communem: Refert etiam, & sequitur idem auctor in eod. tract. tit. 3. §. 7. n. 1. qui num. 12. Ex hoc probat praedictam opinionem Cuman. de qua nunc agimus, de eadem communi agemus etiam infra hac 2. part. cap. 12.

Nunc vero conclusio principalis de qua supra paulo post prin. huius cap. quae habet, quod tutor repetere possit ad pupillo, imo et reputare expensas alimentorum, §. Limitatur primo, ut non procedat, si pupillus servierit, vel ser-

viat tutore, tunc namque fiet compensatio pro rata operum, praeterquam si opera essent, vel sint modici mentionem enim rationabile est, quod quaecumque servitium induci debeat ad extinctionem alimentorum: At si considerabiles sit operum utilitas, facienda est praedicta compensatio, quia tutor, qui servitia recepit, tunc minus dicitur impendisse de suo, ut inhazendo, nedum rationi, sed etiam Doctorum communi opinionem (ut ipse inquit tenet Petrus Surdus de alimen. tit. 6. quast. 1. n. 21. addens n. 22. quod non curat, & quae valeant operum alimentis in toto, vel in parte, quando eadem sit ratio partis quo ad partem, quae est totius, quoad totum ut in lege, quae de tota ff. de rei vendit. tametsi Cuman. consilio 88. col. 1. n. 2. versiculo, ac etiam quia & versiculo fateor tamen, dicit, quod si pupilli operum equivalent alimentis, fieret compensatio, inmens, quod ubi minoris sunt valoris, non fiat pro rata: sed hoc non dicit, nec praesumendum est voluisse. Et quamvis Cordub. in d. l. leg. quis a liberis, §. si mater, num. 73. ff. de lib. agnos. post multum concludat: quod ubi tutore nullum est constitutum salarium, & ubi ex tutela nullum illi commodum provenire potest, tunc non prohibetur repetere tutor expensas alimentorum, sed operum pupilli compensantur cum laboribus tutoris, sed quod ubi tutore datur salarium, tunc ipse solvet operum nomine commodum, quod ad pupillo percipit: eius tamen rationibus satisfaciatur. ubi supra n. 18.

Vnde contra tutores infert Didacus Perez in leg. 1. tit. 2. libro 1. ordin. col. 62. qui pupillos in pro servitio habent, victumque his, & vestitum computant, ac sine ulla conscientia & timore Dei bona pupillorum exhauriunt. Ibi enim egerat, quae atate possit famulum stipendium, & salarium petere, & resolvit, quod impubes artem habens, vel aestimabile servitium impendens, pro filio, dominique qualitate mercedem recipiet victum saltem, & vestitum, iuxta leg. 2. tit. 23. libro 4. for. ad decimo anno cum dimidiis, & Didac. Perez. ubi supra refert, & sequitur frater Emmanuel Roderic. in sua summa de casus de conscientia, 2. p. cap. 48. conclus. 8.

Tutor §. autem, qui neglexit praestare alimenta, puta recedendo a domo nulla facta provisione, removeri potest, ut suspectus, §. final. ubi pupill. educ. deb. Imo potest etiam pro facti qualitate puniri, §. 3. §. tut. qui ad alimenta, ff. de susp. tut. per quae iura, ita decidit Barto. in tractatu aliment. num. 46. quem refert, & sequitur Petrus Surdus de alimen. tit. 1. §. privileg. 88. nam. 2. tenetur enim tutor erga pupillum ad ea omnia, quae diligens paterfamilias solet expedire, leg. generaliter ff. de admin. tut. ne tutorum, Roman. consilio 427. Nullus §. autem tam negligens est paterfamilias, qui familiam suam delectat & alimenta non ministrat. Neglectio autem tutoris ex eo arguitur, quod per absentiam deferta, derelicta, & sine negotia pupilli: quo casu iudex evocatis assinibus atque amicis tutoris, edicto proposito causa cognita, §. etiam tali absente tutore, vel removendum cum, qui dignus tali nota videbitur, decerneat, vel adiungendum curatorem, et ita, qui datus erit, expendat alimentum pupillo. Quod si necessaria absentia tutoris, & improvisia acciderit, forte, quod subito ad cognitionem principalem profectus, nec rei suae providere, nec consulere pupillo poterit, & spererit redire, & idoneus sit de re, nec expediat alium adiungi, & pupillus alimentum de tut. sua possit, recte constituetur ad hoc solum, ut ex re pupilli alimenta expediat, ita caveatur in d. l. fina.

Ex officio §. igitur iudicis nemine instante removeri poterit tutor, qui neglexit providere pupillo, ut constat ex d. l. final. & adnotavit ex ea Petrus Surdus ubi supra, n. 6. Id quod est alias regalarie, nempe iudicem ex officio removere posse tutorem suspectum, l. tutor quoque, §. prater ea, ff. de susp. tut.

Quod

Quod §. autem ulterius tutor, qui neglexit praestare alimenta pupillo, recedens a domo, nulla facta provisione, aut post pro facti qualitate puniri, ut dixerunt Bartolus, & Petrus Surdus, ubi supra ex d. l. 3. §. tut. qui ad alimenta, ff. de susp. tut. intelligendum est iuxta declarationem illius text. & sic iuxta Cottam, quem allegant praefati auctores, non quidem tutor absente, quia tunc inquit textus ille, quod removeri potest, sicut caveatur in d. l. fina, sed quando non lateat, sed praesens nihil posse decerni conatendat quasi inopi, tunc namque inquit text. ille in d. l. §. tutor, quod si datus pupillo advocatis demendacio vincitur tutor, ad praefectum urbis remittendus est, non ut quasi suspectus removeatur, sed puniendus ea poena, quae solent affici, qui tutelam corruptis ministris praeoris redemerunt.

SUMMARIA.

1. Legis 17. titulo 16. partita 6. litera summatur, sexque ex ea conclusiones deducuntur & per totum caput declarantur.
2. Tutor nomine pupilli minoris septem annorum, vel maioris huius aetatis absentis debet agere & defendere ius eius in omnibus causis movendis tam per eum, quam contra eum ibidem, & quid iure communi in hoc statutum sit refertur, n. 3.
3. Duplex praxis circa hoc refertur.
4. Duplex praxis formata libellum in causis contra minora habentes tutores vel curatores refertur, §. n. 5.
5. Citatio prima quomodofit contra minora, & deservit res eorum, & iura Regio, n. 7.
6. L. 2. versio, utroli decimos tit. 7. part. 3. intellectus.
7. Minor tam in civilibus quam in criminalibus non habet legitimam personam standi in iudicio, ideoque ei provideri debet de curatore, & praxis in hoc servanda refertur, num. 10.
8. Sententia ferri non potest contra minorem, si tutor, vel curator citetur, & nolui illi adesse.
9. Sententia lata contra tutorem, vel curatorem non debet exequi in eum bonis, sed in re criminalibus non habet legitimam personam standi in iudicio, ideoque ei provideri debet de curatore, & praxis in hoc servanda refertur, num. 13.
10. Tutor vel curator licet iustam causam pupilli tueri debeat, malam tamen suscipere non tenetur, aliter impensas pupillo imputare prohibentur, §. in n. 15.
11. Tutor, vel curator in debito prosumitur movisse libellum animo calumniandi nisi aliter ostendat.
12. Tutor tenetur rescire expensas, si mutaverit libellum nomine pupilli, idem erit si fuerit condemnatus in expensis propter peremptam instantiam, vel non appellaverit, vel appellacionem non fuerit prosecutus, cum bonam causam minor habebat, ut in n. 18.
13. Tutor tenetur defendere pupilli causam nullam, nisi occassione omittat.
14. Tutela est ius ac potestas in capite libero adjuvandum eum, qui propter aetatem se ipsam defendere nequit.
15. Tutor adeo tenetur pupillum defendere, ut possit advocatum eius agere in causis, & quam adversus eius patrem defendat.
16. Minor constitutus sub tutela vel cura alterius non potest alteri se obligare: limitatur in contractu vituli minoris, & sic in ipsius favore, ut in n. 23.
17. Pupillus sine tutoris auctoritate societatem sibi vitalem contrahere potest.
18. Auctoritas tutoris vel curatoris in iudicio, vel extra non potest praestari per curatorem, neque per epistolam neque per nuntium.

CAPUT IV.

An tutor curatorque, vel pupillus, aut adultus agere debeat vel defendere in iudicio?

Lege Regia decima septima tit. 16. partita 6. caveatur Primo, quod tutor nomine pupilli minoris septem annorum, vel maioris huius aetatis absentis, debet agere, & defendere ius eius in omnibus causis movendis, tam per eum, quam contra eum: quod si plures sint tutores, quilibet eorum hoc facere possit absque praesentia alterius.

Secundo, quod minor septennium posse agere in iudicio cum licentia tutoris vel curatoris, vel ipse tutor, aut curator nomine minoris cum praesentia ipsius.

Tertio, quod sententia lata in dictis causis contra tutorem, vel curatorem non debet exequi in eius bonis, sed in bonis ipsius minoris sub sua tutela, vel cura constituti.

Quarto, quod minor hic constitutus sub tutela, vel cura alterius, non potest alteri se obligare sine auctoritate sui tutoris, vel curatoris, & aliter factum in sui praedictum non tenent, nec valet.

Quinto, quod contractus cum minore factus, & celebratus ab alio, nulli minori valet, & tenet.

Sexto, quod auctoritas tutoris, vel curatoris nomine minoris in iudicio, vel extra non potest praestari per procuratorem, vel per epistolam, sed personaliter est praestanda, & aliter praestata non valet.

Circa primam supradictam conclusionem habemus etiam legem vnde dicitur, tit. 2. p. 3. dicitur, quae minor siendo nuptus de ead. de veynteyno annos non pcedat sicere cora et demanda nungua en nuyto amemus que sea delant a quel que la ha de guaradar e a sus bienes Concordada, l. 1. & 2. C. qui legit. per. §. 6. & quod ad tutorem hoc spectet, generaliter, & l. tutoris praecipui ff. de admin. tut. & l. eum, qui, C. de proc. l. si in p. n. C. de admin. tut. Quod autem, quilibet tutor possit praedicta agere, & probat etiam, l. 1. §. 2. C. si quis ex plurib. tut. & l. 3. §. 1. & d. l. decreto §. vlt. ff. de admin. tut. Quod si omnes velint agere, & convenire gl. in d. l. dicit, quod possunt, & debet admitti sed in hoc duplex est praxis, & qualibet videtur bona, secundum Greg. Lap. in d. l. 17. tit. 16. part. 6. in d. 2.

Prima §. est ex Salve, in d. l. C. si quis ex plurib. tutorib. in hunc modum distinguendis, nempe vbi agitur omnino admittantur uno, & eodem libello, non vero divisis, quia omnium tutore est ratione officii, & communis periculosis vero convenienter, aut pupillus esse conventus, & tunc si omnes velint suscipere defensionem, possunt, l. §. sufficit, ff. de admin. tut. aut pupillus non convenitur, sed tutor nomine pupilli, & tunc illa in vbi alii non possunt defensionem suscipere, possunt tamen assiliter eam, ne concludantur, & respondet ibi sine in pluribus, ff. de exercit.

Alter praxis est Cyn. in d. l. §. Angel. & Bartol. in d. l. decreto, §. ff. de admin. tut. per d. l. in pluribus, quod d. iudex eligat donec orem, & alii poterint adhibere, & profecto probabilis, & iusta est unaqueque harum praxis.

Circa §. praedictam primam & secundam conclusionem nostrae Regiae observandum est, quod iure etiam communi sufficit tutoribus ad plenam defensionem, quod si vbi iudicium suscipiant, sive pupillus ipsi auctoritate. Licentia igitur erit, utrum malit ipsi suscipere iudicium, vel pupillum exhibere, ut ipsi auctoribus in iudicio suscipiantur: tamen, ut pro eis, qui sibi non possunt, vel absunt, ipsi tutore iudicium suscipiant: Pro eis autem, qui supra septimum annum aetatis sunt, & praesto fuerint auctoritatem praesentem: In causis autem adultorum licentia erit agentibus, ut ipsam adultum praesentem in iudicio vocare, ut consentu curatores conveniant, vel contra curatorem agere, ut ipse licet suscipiant in absentibus autem adultis omnino contra curatorem agendum. Ita decidit ad litteram textus in leg. 1. §. sufficit, ff. de admin. tut. ubi tamen in fine caveatur, non deurgari tutoribus, curatorem, & debitoribus, vel adultorum ex persona sua, p. p. l. i. officii in iudicio vocare, vel illis (scilicet, pupillis

vel adultio) hoc facientibus suis accommodare consensum.

Igitur iuxta huius textus, nempe §. sufficit, de citionem dicitur foram casum, & specierum eorum, intelligenda, & declaranda sunt prima, & secunda predictis conclusionibus nostrae legis Regia 17. titulo 16. partit. 6. quae non ita sigillatim, sed ut vidimus, materiam declaravit. In omnibus namque casibus standum erit iuri communi, argumental. commodissimè, cum similib. ff. de lib. & posthum.

Praxis autem forandi libellum in causis contra minores, habentes tutorem vel curatorem, duplex potest esse. Prima, ut prius citetur tutor, & interrogetur, an ipse velit per se pupillum defendere, vel pupillo defendenti actoris; & ex hoc reddatur actor certus, qualiter formet libellum. Secunda, formando generaliter libellum contra pupillum, & quamlibet personam pro eo legitime comparentem, seu defendentem, vel intervenientem: Et ita admittit consuetudo secundum Bartol. in dicto §. sufficit, num. 1. ubi, quod in adulto non est dubium, cum electio sit actoris: Vnde potest ipse formare libellum, vel in ipsum curatorem, vel in ipsum adultum, vel etiam simpliciter.

Ego vero eam praxin in hoc semper observari vidi, & iuridicam censio, iuxta nostram l. Regiam, & dictum, §. sufficit: ut libellum contra minorem septennio habentem tutorem, dirigatur contra ipsum tutorem nomine pupilli sui, & ita etiam eius tutor agat nomine pupilli: Contra maiorem vero septennio formatur libellus contra eius tutorem, vel contra ipsum minorem, eiusque tutorem nomine ipsius minoris, quod probat glossa, communiter approbata, ut infra dicemus in leg. 4. ff. de in ius voc. verbo, infantes, quod dicit, quod maiores infantibus conveniuntur tutore auctore, vel ipse tutor, leg. 1. §. 1. ff. de administr. tut. Idem quae servatur in agendo, Nam tutor nomine minoris maioris septennio, & pro eo, vel ipse minor, cum auctoritate sui tutoris agit, & libellum format contra eum conventum.

Quod si praeterea Bart. in d. §. sufficit, qualiter fiat prima citatio, an citabuntur minores, vel defensores eorum? Et respondet, quod in adulto est electio actoris, sed in pupillo debet fieri alteratio alternative, quod compareat per se, vel per legitimum personam, ut inquit evidenter dicitur text. in dict. §. sufficit, Et quod etiam potest fieri in adulto: Putat enim Bartol. quod si solus pupillus citetur, valeat citatio, quia intelligitur ut compareat per se, vel per legitimam personam, quod constat ex glossa, in dict. l. 4. vers. infantes, ff. de in ius voc. quatenus tenet, quod maiores infantibus conveniuntur tutore auctore vel ipse tutor, quam sequitur Paul. Castrenf. in l. 2. n. 7. ff. eodem titulo, dicens, se pluries vidisse dubitari de hoc, & quosdam dicere, quod debeat citari ipse tutor: Et inquit idem Paulus in l. 2. ff. de condi. furtiva, quod advocati & procuratores communiter praestant, quod nunquam citetur pupillus, sed opinio illius glossae est verior & communis, ut constat ex las. in d. l. 2. n. 1. & Ioan. Orof. in dict. l. 4. n. 1. Imo quod ipse pupillus possit citari, ut compareat per se, vel per legitimam personam: quam etiam tenet Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. 4. de reos, §. 1. & in additione quae incipit queri Gofred. & Matth. de Assill. de vi. Neapoli. 262. n. 2. & 4. & Gregor. Lopez, in l. 2. in gloss. a quibus, tit. 7. partit. 3. Minor autem septennio citari non potest, etiam predicto modo, & si citetur, citatio erit nulla, secundum Ioan. And. & Affili. ubi sup. n. 1. & 4. Et haec de iure communi.

Iure autem quod nostro Reg. indistinctè cavetur, Quae non devent for empla dados los que no son de edad sino aquellos que tuvieron a ellos 7 a sus bienes en guarda, Ita expressè dicitur, l. 2. vers. Orosi. Orosi si dezimos, tit. 7. partit. 3. quod notat ibi Gregor. Lop. in gloss. a quibus, dicens, quod lex illa innuit, quod citatio non potest fieri in personam minoris, sed tutoris.

Sed dubium est, an praedicta l. Regia 2. in vers. praedicta, intelligi debeat iuxta ius commune praedictum, nempe in infante tantum: sicut in maiore septennio, ut habet praefata communis opinio glossae Bartol. & ceterorum, & in hoc Gregor. Lopez, ubi supra, primo dicit intelligendam esse illam iuxta praedictam communem sententiam, postea tamen credit, quod si pupillus habet tutorem, non sufficit et pupillum citari per illum, quae expresse hoc decidit: si tamen minor infante non habere tutorem, teneat citatio in eius persona, & ipse debet legitime comparere, ut notat gloss. in l. minor, C. de bon. aud. iudic. possid. Bal. in l. 1. C. quae pes. tut.

Ego hanc opinionem Gregor. Lop. in primo dicto. proculdubio probo, siquidem illa Regia, indistinctè loquitur in minoribus aetatis, non distinguens aetatem septem, & plurimum annorum ab infantia, cum legislator seiret, iure communi fieri praedictam distinctionem quoad comparendum in iudicio, ut in dict. l. 1. §. sufficit, ff. de administratione tutorum, & in nostra Regia, tit. 18. partit. 6. & nihilominus generaliter, & indistinctè praecipit, citationem fieri non posse in minores aetate, sed in eorum tutores debere fieri, quod si alius voluisset, expressisset: Licet itaque quoad comparendum in iudicio, tam agendo quam defendendo, servanda sit praedicta distinctio, ut in dict. iuribus, tamen quoad citationem habemus legem expressam praecipientem, quod non fiat in minores aetate, sed in eorum tutores vel curatores, nempe, dict. l. 2. tit. 107. partit. 3. Et ita merito in hoc corrigitur dict. communis sententia, quia si citaretur maior infante, ut compareat ipse per se, vel per legitimam personam, & ipse ut minor, & imbecillitas utrunque omitteret, quomodo ferri posset sententia contra ipsum, nec comparentem, nec defensum, ut prolata, quas vires haberet: vel si valeret iuxta ius commune, profecto iniquum videretur & indignum, ut in minore indefensum, eiusque bona exsequeretur: quapropter iustissime nostra l. Regia 2. statuit, ut minores aetate citari non possint: sed eius tutores vel curatores.

Ceterum in minore maiore infante non habente tutorem, licet sequendo glossam, in dict. l. si minor, & Gregorius Lopez, ubi supra, teneat citatio, & ipse debet legitime comparere, hoc verum intelligo, si comparitio cum effectu fiat per legitimam personam: tunc enim merito, quod valeat citatio & iudicium in defectum: attamen si minor hic citatus, neque per se, nec per legitimam personam comparet: Imo etiam si ipse per se comparet, profecto fateri non possum, validam esse citationem, vel saltem iudicium cum eo tantum agitari ad hoc, ut condemnari ipse minor valeat. Quinimo deberet ei ad instantiam actoris provideri curator ad illam litem: alias iudicium, & inde omnia sequuta contra minorem essent nulla, utpote indefensum, praeterquam si sententia esset lata in ipsius favorem, quia tunc esset valida, non eo minus, C. de procur. minor. Namque tam in civilibus, quam in criminalibus non habet legitimam personam standi in iudicio, l. clarum, C. de aucto. praet. Rolandan. al. alle consilio 31. n. 1. & num. 9. & consil. 51. n. 34. cum sequentibus, libro 1. Beccius consilio 59. num. 11. & Antonius Gomez, 3. tomo, cap. 1. de delict. num. 64. & 65. adeo, ut iuxta praedictos ex confessione minoris, qui non fuit datus curator ad litem, quia est nulla, sequi non possit condemnatio, & probat late Avendanno Responsio 4. n. 1. & 2. quod quid de hoc disputet Affili. decisio. 208. per totam. Verum est alia expressa lex Regia hanc nostram sententiam contra Gregorium Lopez, ad litteram probans, nempe, in titulo 2. partit. 3. quae ita se habet: Menor si endo alguno de edad de veintey cinco años non pueden fazer contra el demanda ninguna en iurisdiccion a menos que sea delante aquel que lo ha de guardar a el, ea sus bienes, si por aventura a ne aesciese que tal demandado como

esse novisse qui lo guaradada, aquel que quiere hacer demanda contra el debe pedir al juez del lugar que de quien lo guarde es respondido por el en iurisdiccion de que cauta algun me bueno, que sea su parente, o vezino sin sospecha, assi como dize en el titulo de los guardadores, e dar fe lo que sea guardador en aquel veyero, e aquel que responder por el, e guardadario de derecho bien e lealmente, e el que de otro qualquiera se se de manda contra tal persona, que no oviesse edad de pupillas, si el iurisdiccion fuesse dado contra el demandado no deve valer, si fuesse dado a supro e danno del de mandador e valedero, ubi Greg. Lop. in gloss. de pedir al juez, tenet, non esse necessarium per illum leg. prius adm. onere adultum, ut sibi preat curatorem, sed iudex statim ad petitionem partis citabit oblato libello adultum, ut legitime compareat responsurus Titio, & si compareat sine curatore, non citetur per iudicem, ut petat sibi curatorem dari, & compellatur ad volendum in genere secundum Salycetum quem refert: Ipse tamen Greg. Lop. inquit se semper praestitit vidisse, ut ipse adolevens nomen, quem vult in curatore ad illum titulum non tamen declarat, quid faciendum sit, quando ipse minor sic citatus non comparet.

Quare rectius sentio, & esse dicendum & praestitendum, quod iudex ad instantiam actoris statim faciat eorum leg. compareat adultum, vel maiorem septennio cuius movetur, eique praecipiat, si tutorem vel curatorem non habet, ut curatorem ad eam litem nominet, vel petat, & nominato vel petito ab eo, curam decernat, eoque vero non nominante iudex ei curatorem nominet, atque decernat iuxta d. l. 1. n. 1. quae licet indistinctè praecipiat, ut iudex nominet praedictum curatorem ad litem: sic tamen communiter in praxi interpretatus est, ut prius requiratur huiusmodi minor, ut nominet sibi curatorem ad litem, & in eius defectum nominat iudex: Non ergo bene incipit a citatione minoris, ut legitime compareat responsurus Titio, sed ut compareat ad nominandum curatorem ad litem sibi motam per Titium, quo comparent, vel in eius defectum fiet, quod praediximus.

Adde tamen, quod si tutor vel curator dicitur, & nolit liti adesse, non potest ferri sententia contra minorem, quia est indefensus, & si feratur, erit nulla, glossa, in lege acta apud §. si, juncto text. verb. non habent, ff. de re iudic.

Tertio conclusio, quae ex nostra l. Regia deduximus, quae habet, quod sententia lata contra tutorem vel curatorem, non debet exequi in eius bonis, sed in bonis ipsius minoris: Probatur etiam iure communi in l. 2. ff. de administr. tut. & in l. 4. vers. tut. quos, ff. de re iudic. & in l. 1. C. quando ex fact. tut. & in l. 1. C. quando ex fact. vel privat. & tenet Marant. de ordin. iudic. 6. parte in 3. actu de exequutione sententiae, num. 39. Petrus Duon. in Reg. 275. num. 8.

Limitatur haec conclusio, quod exequutio fiet pro condemnatione expensarum, si tutor non habuit iustam causam litigandi, & propterea fuit condemnatus in expensis, sic executio contra eum & non contra pupillum, text. est in l. non est ignotum, C. de administr. tut. Bartol. in l. edita colum. fin. C. de edend. & in l. qui sitidum, §. etiam ff. de leg. 2. & in 4. in princ. C. de re iudic. ita Marant. ubi supra, num. 39. & Petrus Duon. dict. num. 8. & Casualde. tit. & curat. num. 51. licet enim causam iustam pupilli tutor vel curator tueri debeat, malam tamen defendere non tenetur. Imo si superveniam litem instituerent tutores vel curatores, vel convenirent ad vero creditore, impensas imputare pupillo prohibentur, quia non prohibentur bonam fidem agnoscere, quosque, §. sicut, vers. si tueri enim debet, ff. de administr. tut. d. leg. qui sitidum, §. etiam ff. de leg. 2. Alberic. in l. presic in fin. C. de transact. & in l. properandum in princ. vers. si tueri eolum 2. C. de iudic. unde si temere litigent, condemnabuntur in expensis, ut in d. l. non est ignotum, C. de administr. tut. & etiam plures refert Baec. de decim. tit. cap. 2.

num. 109. & dicemus latius infra 3. part. cap. prim. cum alias generaliter defenso debet fieri expensis pupilli, auctore Gemmian. consil. 55. num. 2. quem refert & sequitur Baec. ubi supra.

Caveat igitur tutor & curator agens pro minore, ut iustam causam foveat. Aliis enim si succuberit in causa, tenebitur restituere pupillo omnes pecunias solutas, atque expensas factas in tali causa, cum foerit iniustam, & non consideraverit, an pupillus obtinere deberet, in d. causa, nec vel lason. in l. omnibus, §. si procurator, num. 21. ff. si quis iudic. non obtemper. Bartol. in lege, si se non obtulit, num. 1. ff. de re iudic. Capel. Tol. decil. 40. & ibi Steph. Aufer. in addit. & alius allegans Casual. de tutor. & curat. numero 49. ubi dicitur licet esse, si habuissent iustam causam litigandi.

In dubio igitur praefatum movisse litem animo calumniam iniuste a temere, iuxta glossam, in l. libellam, C. de administratione tutorum, & in cap. 1. de elect. libro 6. & Covarruv. in praedictis questionibus, cap. 27. num. 3. vers. 6. condemnatio expensarum, ubi quomodo in dubio praesumitur sit contra verum, quod non habuerit iustam causam litigandi, ubi plures quoque tenentes allegat, & Abbatem probentem hanc esse communem opinionem sequitur Covar. ubi supra num. 50.

Similiter quod expensis tenebitur restituere tutor, si mutaverit, aut emendaverit libellum nomine pupilli, lason. in leg. edita, num. 49. C. de edend. sequitur Casual. ubi supra, num. 52. tunc contra tutorem fiet exequutio secundum lason. ubi supra.

Idem erit si fuerit condemnatus in expensis propter perentiam instantiam, ut per lason. in l. Imperatoris, sub numero 1. ff. de re iudic. Bart. in l. properandum, §. final. C. de iudic. Casual. ubi supra, num. 53. vel si non appellavit, aut si appellationem non fuerit prosequutus, cum bona causam minor habeat, tutela enim iudicio indemitatem minori praestare debet, text. expressus in leg. si bonam causam, C. de administr. tut. Specul. in titulo de advoc. §. utriusque, quamquam num. 51. vers. si tunc etiam caveat, in 1. parte, Carolus Ruin. consil. 119. volum. 5. Casual. ubi supra, num. 54.

Teneatur namque tutor defendere pupilli causam, nullamque; utlem occasione omittit, lege tutoris praecipuum ff. de administr. tut. num. 1. leg. si bonam, C. eodem titulo, & hoc, tam agendo, quam defendendo in iudicio, & extra, d. l. 7. tit. 16. partit. 6. leg. alior. ff. de administr. tut. l. fin. in princ. C. eodem titulo, cum, quae de procurat.

Tutela enim quod est, ea potestatis in capite libero ad tuendum eum, qui propter aetatem se ipsum defendere nequit, §. 1. Inst. de tutel. Quod si non defendat, removeri potest a tutela, Paul. Castrenf. in lege in ius, num. 8. C. de procurat. & ibi Bart. & in l. final. C. de administr. tut. num. Baec. de decimis tutorum, cap. 2. num. 167. adeo ut tutor teneatur defendere pupillum, ut possit advocatus eius agere in causa, quam adversus eius patrem defendebat, leg. ult. ff. de postul. Specul. in titulo, de advocat. §. 1. num. 19. vers. si non quia clericus, quem sequitur Baec. ubi supra, num. 108.

Quarta conclusio, quod quae habet, quod minor constitutus sub tutela, vel cura alterius non potest se alteri obligare, probatur late pleribus exem. in lege obligatus in princ. ff. de aucto. tut. & in princ. in l. eodem iure.

Quinta conclusio, quae limitat quartam praecedentem, quando scilicet contractus est utilis minori, ut valeat in ipsius favorem, probatur etiam in dictis iuribus. Placuit (ut dicitur in dicto princ. pro Insti. de aucto. tutor.) meliorem quidem conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris auctoritate, deteriori vero non aliter, quam cum tutoris auctoritate: Unde in his causis, ex quibus obligationibus mutuae nascuntur, ut in emtionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus,